Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Carmina gratulatoria In honorem Nuptiarum Quas D. A. G. ... Iuvenis Dn. Augustus Theophili S.S. Theol. Stud. & Scholae Suerinensis Cantor Cum ... Virgine Ursula, Viri ... Dn. Martini Rodii Pastoris Ecclesiae Grabbinensis filia : Grabbin Die 12. Kal. Novemb. Anno Epochae Christianae 1651. celebrabit

Rostochii: Kilius, 1651

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776825267

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

in A. Theophilum
et U. Rode.
Rostock 1651.

LB FP Theophil, August 1651

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776825267/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776825267/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776825267/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776825267/phys_0004
DFG

CARMINA
gratulatoria
In honorem
NUPTIARUM
Quas
D. A. G.
Præſtantiſſimus ac Doctiſſimus Vir Juvenis
DN. AUGUSTUS THEOPHILI
S.S. Theol. Stud. & Scholæ Suerinenſis
CANTOR
Cum
Honeſtâ & Pudicâ Virgine
URSULA,
Viri Reverendi & Doctiſſimi
DN. MARTINI RODII
Paſtoris Eccleſiæ Grabbinenſis Hujus:
GRABBINI
Die 12. Kal. Novemb. Anno Epochæ Chriſtianæ 1651. celebratarum,
Ab
Alumnis ibidem Ludi literarii honoris,
obſervantiæ & gratitudinis
ergô ſcripta.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

30

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776825267/phys_0006

DFG

Climate de ſupero tibi ſunt data munia bina,
Una Chori pars eſt, pars erit una thori:
In duplici Spartâ benedictio numinis adſit.
Sic triplici numero, SPONSE, beatus eris.

Johannes Ruvius
Mülberg. Miſnicus.

Virga, Scholæ ſceptrum, quondam data, bellula Virgo,
Nunc tibi, Betula ſic eſtq; בְּתוּלָה tibi;
Hæc Te Te faciat numeroſa prole parentem:
Illâ, ne poſſint nectere prava, feri.

Chriſtophorus Friderici
Werningrodenſis.

Frigida ſerpit hyems glacieq́ armata geluq́;
Quisq; ſibi utilibus proſpicit, ac domui.
Arida ligna parant alij, renovantq́ caminos,
Solvere quo poſſint frigida membra gelu.
Dona parant alij Cereris, labentia membra
Queis recreent, vires & revocare queant:
Adfuerit nemo, quæ remq́ domumq́ gubernet,
Partaq́ diſpenſet, quàm nihil iſta juvant:
Tu prudenter agis, quod eam tibi fœdere jungis,
Quæ tecum prudens parta domumq́ regat.

Qua

Quæ foveat ſcholico tabentia membra labore,
Et recreet ferclis, quæ tibi Jova dedit.
Alloquioq; hilaret ſuavi, ac ſolamine, tecum
Pertolerans crucis haud impatienter onus.
Gratulor hiſce tuis tædis, quas ſidere fauſto
Incipias, opto, perficiasq; bono.
Sit dulcis torus, & ſanus, faciatq; parentem,
Prole piâ & multâ te tua Sponſa beet.
Vivite felices, vitamq; in pace quietâ
Ducite longævam: Fac rata vota Deus!

Boni ominis
ergò f.
Philippus Schatte/
Islebiâ-Saxo.

Conjugium concors, fœcundum, ſecula longa
Vobis omnipotens conferat, ipſe precor.
Johannes Elverus Leoburgenſis.

Vis tibi perpulchram Nympham, chariſſime Sponſe,
Jungere connubio ſtabili, propriamq; dicare.
Sic vult ipſe Deus, ſic & voluêre parentes,
Ducere ſic tandem quandam quoque tu voluiſti.
Gratulor ergo Tibi meritò Sponſæq; decoræ,
Et precor atque opto, vobis ut proſpera cuncta
Eveniant, annos in mundo vivite multos.

Anthonius Keſebergius
Hornburgenſis.

Tempus adeſt lætum, quo vis tibi, Cantor amande,
Jungere pergratam ſociam pro more recepto.
Ergo tuas tædas decorari carmine fas eſt.
Aſt mihi divitias quoniam fortuna negavit,

Sub-

Subſtituo pia vota tibi, ſponſæq; venuſtæ:
Veſtrum conjugium ſit felix, atq; beatum,
Sit procul à vobis dolor ingens luctus & ira.

Bartholdus Haccius
Hornburgenſis.

Dum magna ſurgunt gaudia
Sponſo novo, dum gaudia
Sponſæ novæ ſurgunt, comas
O Phœbe, claras exere:
Ventos tuos Rex Æole
Frena: tuos nymbos graves,
O ſæva Juno, comprime,
Ut lætiores tranſeant
Dies dicati nuptijs
Cantoris optimi mei.
Huc advola fides, citò
Huc advola concordia,
Huc advolate melleæ
Charites, Cupido huc advola,
Huc advola clariſſime
Apollo cum Muſis tuis,
Studijq; tecum præmia
Fer: namq; miles ſtrenuus
Fuit in tuis caſtris diu
Cantor meus chariſſimus,
Tibiq; multos milites
Adducit indies bonos:
Sed, Phœbe, te cur alloquor?
Cur alloquor, Rex Æole,
Te? Juno, te cur alloquor?
Cur alloquor te cum tuis
Muſis, Apollo, Clarijs?

 Vos

Vos eſtis haud ENS, & nihil.
Proinde vela contraham,
Deumq; , ſolis, aëris,
Ventiq; Dominum cælicum,
Nec non datorem candidæ
Concordiæ ſupplex rogo,
Ut cuncta cedant proſperè
Sponſis novis lætiſſimis.
Si quid ſiniſtri forteàn
Venire vult, id Maximus
Et Optimus vertat bonus
In commodum veſtrum Deus.

Joachimus Haſeman.

COnnubiale equidem res eſt pulcherrima fœdus:
Et felix hic eſt, ac terq; quaterq; beatus,
In cujus thalamum (res grata eſt) ducitur uxor,
Uxor honeſta, venuſta, decora, & amabilis uxor.
Res tamen & miſera, & multis ſubiecta periclis
Conjugium eſt, fatis dum ſæpe agitatur acerbis:
Ergo quidem felix es tu, doctiſſime Sponſe,
Cum tuum in amplexum veniat caſtiſſima virgo;
Es tamen infelix ob tanta pericula rerum;
Quarum cervici poſthac vis imminet ingens.
Ergo Deum precor, & votis ardentibus oro;
Ut veſtris humeris avertat cuncta pericla,
Et Spartæ thalamoq; tuo benedicat ab alto.

Debitæ obſervantiæ conteſtandæ ergo
ſcribebat

Adolphus Fridericus Helingus
Suer: Megap.

Uxorem

Uxorem quisquis caſtam pulchramq; probamq;
Invenit, ille invenit haut rem peſſimam.
En inveniſti, Cantor venerande, venuſtam
Caſtamq; Sponſam: Sorte gaude nunc tuâ.

f.
Otto Nicolaus Reppenhagen. S.M.

Dieweil/ Herr Cantor, ihr itzt wolt ein newes Leben
Mit wolbedachten Raht vnd Gottesfurcht anheben/
In dem vom Himmel auch ein Tugendreiche Braut/
In der die Keuſchheit hat den Sitz/ wird anvertrawt:
So ſolt' ich billig wol zu Ehren euch was tichten
Auff ewer Hymen Feſt. Doch ich wil mich nur richten
Auff einen bloſſen Wunſch/ traut/ daß der gültig ſey/
Ja gültiger für Gott/ als lange Plauderey/
Glück zu/ O liebes Paar/ Gott gönn euch ſeinen Segen/
Geſundheit/ Friede/ Frewd/ vnd den erwünſchten Regen
Der ſüſſen Fruchtbarkeit/ vnd ſchenck ihn nach der Zeit
Die allerſchönſte Kron der ſüſſen Ewigkeit.

Lorentz Bilderbeck
Schweriner.

Qui totum mundum moderatur & optimus autor
Eſt rerum, juſtos ducit, & usq; regit.
Ergo ſupplicibus veneramur numina votis
Succeſſu veſtri pro meli ore thori.
Rebus in humanis nil felix nilq; beatum,
Auxilium ſi non detq; juvetq; Deus.

Quare

Quare conjugij tranquilli fœdus inite,
Et veſtro cedant omnia fauſta thoro.
Hæc mea vota ſient. Quæ reſtant ſingula, quævis
Ipſa ſuo adjiciet tempore Sancta Trias.

Obſervantiæ ergo hæc paucula apponebat

Chriſtianus Frame
Megap.

CArmina non poſſum componere docta, proinde,
Nil niſi vota tibi, vir venerande, dabo;
Conjugium veſtrum fortunet Rector Olympi,
Conjugijq; ſacri: nil tibi deſit. Amen.

Hæc paucula apponebat

Joachimus Gowſtius.
Megapol. Suerinenſis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776825267/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776825267/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776825267/phys_0016
DFG

Uxorem quisquis caſtam pulchramq; [illegible]
Invenit, ille invenit baut rem p[illegible]
En inveniſti, Cantor venerande, venu[illegible]
Caſtamq; Sponſam: Sorte gaude nu[illegible]

Otto Nicolaus [illegible]en. S.M.

DJeweil/ Herr Cantor, ihr jtzt [illegible]es Leben
Mit wolbedachten Raht und [illegible] anheben/
In dem vom Himmel auc[illegible]ndreiche
Braut/
In der die Keuſchheit hat den Sitz[illegible] trawt:
So ſolt' ich billig wol zu Ehren euch w[illegible]
Auff ewer Hymen Feſt. Doch ich wil [illegible]ten
Auff einen bloſſen Wunſch/ traut/ [illegible] ſey/
Ja gültiger für Gott/ als lange Pla[illegible]
Glück zu/ O liebes Paar/ Gott gön[illegible] Segen/
Geſundheit/ Friede/ Frewd / und den [illegible] Regen
Der ſüſſen Fruchtbarkeit / und ſcher[illegible]er Zeit
Die allerſchönſte Kron der ſüſſen E[illegible]

Lor[illegible]erbeck
[illegible]iner.

QVi totum mundum modera[illegible]nus au-
Eſt rerum, juſtos ducit, & [illegible] (thor
Ergo ſupplicibus veneramur numi[illegible]
Succeſſu veſtri pro meli ore th[illegible]
Rebus in humanis nil felix nilq; bea[illegible]
Auxilium ſi non detq; juvetq; [illegible]

Quare

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776825267/phys_0017
DFG